



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

Gavanti, Bartolommeo

Antverpiæ, 1634

De Calendario. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40244

6 Aduentus autem non habet primum diem certum, sed eum diem Dominicum qui propinquior est Festo sancti Andrew, & loco citato explicauimus.

De Calendario. CAP. V.

CAlendarium à Calendis dictum est. Calendæ verò primus dies mensis est, à καλεό, id est voco; tunc enim Pontifex calaro, hoc est, vocato populo, quot dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat, *Plut.* Calendaria quoque dicebatur Tabule, ab observatione singulorum mensium, ut Diaria, à singularum dierum ratione. Et nos in singulis mensibus obseruamus Festa

Christi Domini nostri, & Sanctorum. Durandus lib. 8. cap. 4. explicat Calendas, quasi colendas; quia tunè erat semper Iunoni festus dies primus: ergo Calendarium & Colendarium erunt ferè idem, à cultu Festorum die rum. Matriculam Sanctorum vocat *Radulph. Propos. 17.*

2 De Festis in Calendario descriptis, quando & quo ritu fuerint descripta, in Proprio de Tempore & in Proprio Sanctorum singillatim enarrabimus.

3 Ex prædictis autem Computo & Calendario composuimus ordinem Officij diuini perpetuum, & quam breuissimum, quem in calce huius Operis, dante Deo, dabimus pleniorum & emendatiorem.

SECTIO TERTIA.

De Rubricis.



GGREDIMVR nunc eam prouinciam, quæ propriè nostra est, explicandi nimirum sacras Leges & Rubricas Breuiarij: de quibus priùs in genere, deinde in specie, ordine seruato eiusdem Breuiarij, erit agendum.

SECTIONIS TERTIÆ CAP. XII.

- | | |
|---|---|
| 1 <i>De Rubricis generalibus Horarum Canonicarum.</i> | 7 <i>De Vigilia.</i> |
| 2 <i>De Duplici Officio.</i> | 8 <i>De Octana.</i> |
| 3 <i>De Semiduplici.</i> | 9 <i>De Concurrentia Officij.</i> |
| 4 <i>De Simplici.</i> | 10 <i>De Occurrentia Officij, seu de Translatione Festorum.</i> |
| 5 <i>De Dominica.</i> | 11 <i>De Commemorationibus.</i> |
| 6 <i>De Feria.</i> | 12 <i>De Patrono loci, & Titulo Ecclesij.</i> |

C 2

De